



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Architecti, Murarii, eorumque structuræ variæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Architecti, Murarii, eorumque structura varia.

DEi edificatio estis, ut sapiens Architectus fundamentum posui, alius autem superedificat. Unusquisque autem videat, quomodo superedificet. 1. Cor. 3. Hoc cordi sumant Episcopi, Curatores animarum, Patres familias, Superiores in ordinibus religiosis.

Civitates.

GLoriosa dicta sunt de te Civitas Dei. Pl. 86. Cælum, Ecclesia, Civitas benè morata. Talem dicebat esse Carolus V. Imperator, ubi tria P. bonus Prætor, bonus Parochus, bonus Præceptor esset. Ad hæc attendant civitatum Domini. Addo ego civitatem eò feliciorē fore, si inter incolas quoque adsit quartum P. boni scilicet Patres-familias filios benè educantes, & domesticos benè gubernantes. Sicut enim à regimine urbis in sacris ac profanis bonâque instructione juventutis, ità & ab ejusdem educatione omnia bona privata & publica promanant. Non bona, sed infelix civitas vel communitas, de qua verificatur illud Mich. 3. *Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & Propheta ejus in pecunia divinabant.* Tales sunt, qui sub prætextu pietatis variis superstitiosis mediis ad morbos hæc illa mala pellenda, vel bona procuranda simplicem populum emungunt. De variis urbibus